



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

31. Tentatur concordia cum Mallingcrotio. Sed infectâ re.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



1652.

82 CHRISTOPH. BERNARDUS

7ESU, & Bernardus Rottendorffius C. fareus ac variorum Principum Medicus amans politioris literaturæ vir, scriptis clarus, ac plures alij, gratulantium turbis misti, probata eruditis metra inaugurati Præfuli consecrârunt.

*Urbs* Alterâ die, postquam solenni sacro in *postridie* summâ Princeps interfuerat, evocati *juramē-* fules Civitatis Monasterientis coram Sena- *tum præ-* toto ac Tribuum Magistris, in areâ Cath- *stat.* drali, inter Propylæum Ecclesiæ (Paradisus vocant) & D. Jacobi ædem, vetustiore tiliâ (quæ nunc extirpata est) consueto Sacramento Principi dixerunt.

31. Exindè *Christophorus Bernardus* iter Ratisbonense à plerisq; Civitatum *Tenta-* matam jurejurando obedientiam, fidelit- *tur con-* temq; pariter excepit. Et quia nonnulli *cordia* suaserant exploratum *Mallingcro-* tum in compositionem propendere, *cum* cuit, antequam itineri se accingeret, *Mal-* licet frustra tentatam iterum experiri. *lingcro-* quam enim eâ controversiâ ad illustres *tio, sed* Germaniæ Academiâs Colonensem, Ingo- *infectâ* stadiensem & Herbipolensem relatâ, *re.* Theologiæ & juriû peritissimi, *Malling-* *cro-* *tium* non modò ritè suspensum, sed po- sufficientem utriusque confirmationis *no-* titiam, tam irreverenter contumacem, *be-* neficiis, proventibus, dignitate privari *po-* enunciaverant; Princeps tamen & Capita- *lar-*



lares, posthabito rigore, has illi conditiones obtulerunt. *Retineret Decani nomen, Dignitatis ac beneficiorum proventus omnes; nec quisquam vivo subrogaretur; publicis tantum congressibus non interesset.* Enimverò *Mallingcrocius* rejectis cum stomacho istiusmodi postulatis, iræ præceps, convitiis primùm laceessere Conciliatores tam indigna ausos obtrudere; mox insimulare Capitulares, Principem, ipsosque Purpuratos injuriarum. Ad hæc corruptos muneribus Electionis Judices; Commissarios, qui censurâ Suspensionis immerentem irretiverint, partibus implicitos; se interceptis persæpè litteris haud sufficienter unquam auditum; ipsorum etiam alibi Procuratorum perfidiam causatus, omnem postea componendi viam præcidit. Sic de concordia agitatum sæpè, toties inceptâ, toties infectâ; culpâ à Capitularibus in *Mallingcrocium*, & ab hoc in illos pari utrinque studio reiectâ.

Majoribus interea curis intendebat *Christophorus Bernardus*. Burggravios Strombergenses cum Noribergicis, Magdeburgicis, & Reineccis, inter Primores Imperij Romani, quondam numeratos nemo rerum Germanicarum peritus ignorat. Sed iis aliâs suppressis, diviso inter debellantes territorio, quamvis *Stromberga* ipsa, & potior pars, Monasteriensibus attributa sit; majores tamen neglecto publico jure privatae duntaxat utilitati acquieverunt. *Christophorus*

32.

*Princeps assumit titulum Burggravij Strombergensis.*